Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eiusmodi tenebris fuerit obscuratum. tum deinde puritatem
mentis nostrae mox perturbandam. templumque eam spiritus sancti effici om
nino non posse. iracundiae in nobis spiritu commorante. postremo
ut cognitum nequaquam licere nobis orare. nec iratos fundere
preces ad dominum. Incertum quoque statum conditionis humanae prae oculis ha
bentes cottidie nos credamus e corpore migraturos. nihilque no
bis continentiam castitatis. nihil abrenuntiationem omnium
facultatum. nihil divitiarum contemptum. nihil ieiuniorum. vi
giliarumque laboribus conferendum. quibus [illegible] propter iracundiam so
lam et odium ab universitatis iudice supplicia promittuntur aeterna.
Quae nos pessimus dominus evadere concedat. atque inter eos computari
de quibus dicitur: beati pacifici. quoniam filii dei vocabuntur. auxilian
te et adiuvante eodem domino deo nostro. qui convivit et regnat
trinus et unus deus in omnia saecula saeculorum. AMEN.

DOMINICA VIII. SECUNDUM MARCUM. IN ILLO TEMPORE.

CUM MULTA turba esset cum Iesu. et nec haberent
quod manducarent. convocatis discipulis ait illis. Misereor super
turbam. quia ecce iam triduo sustinent me. nec habent quod
manducent. ET RELIQUA. Lectio eiusdem.

IN HAC LECTIONE FRATRES KARISSIMI. CONSIDERAN
da est in uno eodemque redemptore nostro distincta operatio
divinitatis et humanitatis. Quis enim non videat hoc quod super
turbam miseretur dominus ne vel inedia vel viae longioris deficiat
labore. affectum esse et compassionem humanae fragilitatis. quodque